



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. XVI. De interpretatione, renovatione, & amissione instrumentorum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. XV.

Utrum fides sit adhibenda constitutioni Extravagantis Papae, qua allegatur in iudicio, si de ea dubitetur, an sit decretalis authentica?

In c. Pastoralis 8. h. t. statuitur, ut tali Extravaganti, quae in corpore Juris contenta non est, si juri communi sit consona, fides habeatur, & secundum eam pronuntietur Judex, cum in tali casu sententia Judicis non tam auctoritate Extravagantis talis, quam juris communis nitatur. Si vero non sit juri communi consona, non iudicet secundum eam, sed Superiorem, Papam scilicet auctorem constitutionum Extravagantium prius consulat, cum merito de illius fide dubitetur, quae sub legitima forma non exhibetur.

§. XVI.

De interpretatione, renovatione, & amissione instrumentum?

Instrumenta stricti juris, & consequenter non extendenda ultra contenta, de quibus Notarius rogatus est, & quibus ipse interfuit, passim docetur ab Auctoribus, qui tamen etiam faterentur, ad successores etiam particulares extendi posse, atque non minus pro, aut contra hos fidem facere, atque pro, & contra Auctorem.

Si periculum sit, ne pereant, aut corumpantur instrumenta, revocari possunt, *Argu. c. Cum dilecta 4. De Consp. titl.* Et quidem in absentia partis adversae, cum res sit modici, & facile reparabilis praedicti.

Amissio autem instrumenti, si per calum fortuitum contingit, non praedictat eodem Creditori, si alijs legitimis probationibus debitum v. g. vel tenorem instrumenti probare adhuc possit; neque tamen etiam ei patrocinatur, ita ut non de illius assertioni credatur. Si vero proprio facto Creditoris v. g. amissum sit instrumentum, eo quod scilicet, fuerit solutionis spe illud laceraverit, tunc probare hoc debet creditor, pro debito stante liberationis praesumptione, nisi contrarium proberetur. Et si decepto adversarii debitoris v. g. facto instrumentum interijt, vel amissum fuit, non perinde procedendum in causis praedictis est, ac si plene contra ipsum debitum per instrumentum probatum fuisset, sed in fraudibus & malitijs campus aperitur non autem circa jura Ecclesiae, quae, quamvis proprio Praelati sui facti instrumentum perierit, adhuc tamen ad ipsius probanda, si alijs modis tueri non possit, admittitur.

